turo, pendens ex facto protestantes, aut de prςterito. Primo casu protestatio est vallida, & operatur simpliciter effectũ suum, vt indu cat doli prςsumptionẽ. Et exemplificat Bart. in.l.denuntiasse.in princip.&.§.j.ff.de adulte. & in.l.virilis.§.sed si adiecit.ff.de le.prςstand. Idem dicit, si nuntio tibi, ne alienes: quia pro illa re intẽdo te cõuenire certè si alienaueris, dolo desusse posside re, argu.l.sultiuus. & qđ ibi not.in simili.ff.ex qui.cau.in posses.ead. ¶ Vtrum autem in hac nũtiatione debeat ex primis causa generaliter? dic vt in dicta.l.de-

4 nuntiasse. ¶ †Secũdo casu, quãdo est de prςterito, tunc aut ille, qui protestaẽ, nõ est ille, cuius principaliter interest, & talis protestatio nullius est effectus, nec quo ad alium inducit doli præsumptionẽ a simili, sicut dicimus de interruptionẽ.ciuili.l.cùm notissimi. §.si aliquis.de prςscrip.triginta annorum. Et de hoc est casus, si bene inspiciaẽ, secundum Bar.in.l.ij.ff.qđ fal.tu.authore. ¶ Sed quςrit Bartol.vbi suprà quid si ille, qui talem protestationem fecit, licet sua non intersit, non solùm causam expresit sed etiam causam notam & manifestam ostendit, an sufficiat quo ad alios. Videtur quòd sic, secũdũ Bar.per dictã.l.ij.qđ falsó.tu.auth.ibi: bona fide nõ credit. Nam in causa manifesta non potest bona fide nõ credere. Finaliter putat ipse bar. quòd

in casibus, In quibus esset necessaria prohibitio, nō sufficeret ostendere, vt suprà, quia nó habet ius prohibendi, vt suprà dictum est, & quātū ad te liberes ędes habeo. l. loci corpus. § competit. ff. si serui. vendi. Sed in casibus, in quibus sola sciētia sufficit, & tūc sufficiat etiā quocūq; modo fiat, vt tangitur per Bar. in dicta. l. denūtiasse, Posset ergo habere effectum simplicis scientię, non prohibitionis effectū Et addo qd' dicit Bar. in dicta. l. denūtiasse. videlicet
5 † quòd vbi denūtiatio solùm fit pro scientia habenda, nō oportet quòd fiat scienti secus vbi fit ad aliquid faciendum, vt in ea, que fit per emptorem, vt venditor defendat deo. etiā scienti debet fieri. Et idem reperio dixisse Panor. in. c. fi. de emp. & vendi. & ibi volūt Cardi. Florēt. & Petr. de Anchara. & Spec. in eo. ti. § fi. in fine. & ibi Ioan. And. in additi. ¶ Addo etiā pręmissis qd' posset esse homo tantę authoritatis, quòd ei siue alia demonstratione esset credendum, & induceretur doli pręsumptio, per nobilissimus. q. j. dist. de quo. ĩ. aliquid tangam. Redeo ad dicta Bartoli.
6 ¶ † Si verò dicit Bar. ille denūtians erat is, cuius principaliter inter erat, tūc aut ille, qui per metum celebrauit illum contractum prohibitū, vult vti illa protestatione: & quo ideū nullus est effectus, subaudi ex quo etiam ipse non credidit protestationi secūdum imolā

in dicto. §.morte. vt dict.l.ij.quod falso tuto. authore.secūdū intellectū,quē sibi dat gl.in. l.si fundum.C.de rei vendit. Aut est alius: & tūc aut de lucro certat, & talis protestatio nihil operatur.l.ij.pręalle.qđ fal. tuto. authore. secūdū qđ Dyn.intelligit, & quilibet intellectus satis placet.Bar.& eos etiā sequitur imo la.in dicto. §.morte. Qđ tamen intellige secūdum Bart.si solū fuit causa expressa: secus si fuit manifestè ostensa, articul.eiusdem.l.ij. ibi:bona fide nō credidit.¶ Si verò tractat de damno non debet protestationi parere, secundum Bar.alias inducit doli pręsumptionem expresio causę, licet nō sit manifeste ostēsa vt.l.ait p̄tor.§.si quis particeps.ff.de his, quę, in frau.credi.& l.si fundū.ff.de rei vendicatione.¶ Sed contra illam.l.si fundum, oppono
7 de.l.penul.ff.pro empto.† vbi adsertio dicētis rem emptam ab aliquo esse suam non constituit eum esse in mala fide, nisi aliter ostendatur.Solu.Ante factum re integra tenetur credere, alias cōstituitur in mala fide, & inducit doli pręsumptio.ita intelligat Bartolus in dicto. §.morte. Et ita loquitur illa.l.si fundumr ¶ Cæterùm post contractum celebratū per simplicem assertionem non inducit mala fides, seu doli pręsumptio, dicta.l.pe.& ibi notat per gl.& doctores, & etiam notatur in dicta.l.si fundum, quòd est menti tenendum.

¶ Sed cõtra hanc doctrinam adhuc oppono de.c.per tuas.extra de simo.ij.vbi papa vult non esse credendum simplici relationi aliquorum asserentium aliquid esse,nisi aliter ostendatur.Et hoc quo ad ordines acquirendos.Et sic re integra,et in terminis dictæ.l.si fundũ. appellat esse ibi papa scrupulosum conscientiam eius qui asserenti credidit, etiam quo ad acquirendos ordines.Vnde debet talem conscientiam, seu credulitatem corrigere & reuocare, vt ibi:& tamẽ secundum pręmissam doctrinam debent credere,quo ad ordines acquirendos,licet quo ad iam acquisitos nõ cõstituat̃ ob hoc in mala fide.¶ Sol.cogitabam dicere quòd illa.l.si fundũ.loquit̃ in assertiõe, quę fit super re propria,vt qñ tibi volẽti emere denũtio esse meam.sed.c.per tuas.loquitur in relatione,quę non attingit rem, seu factũ refferẽtis,videlicet in eo,qui reffert ordinatorẽ fuisse simoniatum.Vnde fortè nõ procederet ille tex.si credidisset relatori illorum, qui asserebant secum fuisse simoniam cõmissam. Et hoc,iudicio meo,est de mente glos.j.ibidẽ. ¶ Sed adhuc iusto,quia videmus ꝙ denuntiãti consanguinitatem inter volentes contrahere matrimoniũ,credendum est sine alia demonstratione,vt est tex.cum gloss.in.c.penult.de desponsa.impube.& glo.ibi mouet̃ per dictã l.si fundum.& tamẽ ibi non erat super re pro

pria.¶ So.dico quòd illud verum, quando ta lis denũtians est persona grauis, cui est fides adhibẽda, vt est tex.in.c.cùm in tua.de spõsa. Et istud est bene generali quia authẽticę per sonę est credendũ, vt est tex.cũ gl.in.c.Nobilissimus.quęsti.j.dist. Et facit optimè qđ voluit notabiliter Ange. in.l.non ignoret. C.de fruct.& lit.expen. Et ita debet limitari quòd habetur in dicto.c.per tuas.¶ Et pręmissa tene menti ad multa, maximè tu Canonista, ad materiam.c.si beneficia.de prębẽ.li.vj.vbi dicitur quòd si quis ignorans recipiat ab ordinario beneficiũ prius reseruatũ, vel alteri col latum per papam & per hoc beneficium, qđ primus habebat, dimiserit, si posteà certus factus sit de collatione, seu reseruatione, illud adeptum sine difficultate dimittat, recuperabit suum primum beneficiũ, nõ obstante qđ alteri iam sit collatum. Secus si certior statim factus statum sine difficultate non remiserit: quia tunc carebit vtroq;: & est text. valde ęquus, & fundatus super magna ęquitate. ¶ Vnde per præmissa poteritis intelligere, quãdo in casu illius decretalis dicatᷣ certior factus, quia dico, quòd nõ cuicunq; refferenti dictam collationem, reseruationẽ tenebitur credere: vt ibi etiã dicit glo. Et ratio patet ex pręmissis, presertim per ea, quę dixi per dictam.penul. Et adde etiam quòd illa.l.si fun

dum, de rei vendi. ſecūdū Ange. ibi nō procederet, ſi procurator illā denuntiare feciſſet, niſi oſtendiſſet inſtrumentum mandati, per. l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. Et dico quòd eſt de mēte Barto. in dic̄. §. morte vt ſtatim videbitis. ¶ Et ego plus dico qđ non ſufficeret ita ſimpliciter extra iudicium oſtendere inſtrumentum mādati, quia poſſunt multa cōtra inſtrumentum opponi, quę tunc extra iudiciū non poſſunt examinari. Ita Bart. in. l. de pupillo. §. qui procur. ff. de ope. no. nun. qđ dicit ibi Imo
10 la bene notādū. ¶ Ex quo colligo † qđ oſtenſio iuſtum extra iudicialiter facta regulariter nō ſufficit. Et Bart. alliter. l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. dicit tamē imola vbi. s̄. ꝙ ſi oſtenſo inſtrumento in publicam formam dimitteret ſibi copiam, & poſteà ipſe nō allegaret aliquā cauſam contra inſtrumentum. certè tunc bene ſufficeret. Alliter notata. in. l. nomē. C. qui res pig. obli. poſſ. ¶ Ego allego caſum in cle. cauſam. de elect. Cautela ergo eſt, qn̄ oſtendūtur inſtrumenta extra iudicium, ꝙ ſemper aliquid obbijciatur cōtra inſtrumētū. Et prędicta vera ſecūdum Bar. in dicto. §. morte. proſequendo, & redeundo ad dicta Bar. qn̄ aliquis facit alicui aliquā proteſtationem prohibitoriam eius, qđ ei erat licitum iure ſuo. ¶ Si vero prohibet id, quod ꝓhibitus ipſe facere poterat iure alieno, vt tanꝙ procurator, ſeu mā-

datarius,tunc si ipse dominus prohiberet, nõ esset dubiũ,quia sola voluntate fit illicitum. Idẽ si ꝓhibet,ꝓcurator ad hoc specialiter cõstitutus.putat tamẽ qđ tũc talis ꝓcurator habeat necesse ostẽdere mãdatũ,p.l.si quis inficiatus. ff.de positi.& adde quę supra dixi, & dicã in in ti.seq.in.§.j.¶ Si verò prohibet procurator generalis,tunc aut procurator generalis prohibens,allegat aliquã iustam causam, quam dominus ignorauit: & tunc valet protestatio. alias secus.l.si hominem.ff.mand. Nec putat Bart.quòd istam causam procurator prohibens habeat necesse facere manifestam, per ea quæ dicta sunt.¶ Ex prædictis patet secundum Bar. qualiter debeat fieri dicta protestatio,& quis sit eius effectus,& quando debeat fieri. Nam debet fieri ante ipsum actum celebratum, quia frustrâ fieret post,vt.s.dixi per.l.pe.ff. pro empto. An autem posit fieri per negotiorum gestorem,dictum est suprà.

¶ Sequitur Rubr.de incitatoria protestatione.

SVMMARIVM

1 Protestatio qui fieri debeat cũ expressione causæ,& quę non.
2 Hæres hæreditate adita testamenti vires nõ ignorare præsumitur.
3 Protestatio quando fieri debeat & cum expressione facti.
4 Euictio quæ committatur,& quæ non.

5 Mors alicuius qualiter alicui debeat notificari.
6 Interpellato venditoris quibus verbis fieri soleat per emptionem.
7 Venditori litem motam scienti non minùs debet denuntiari.
8 Venditore absente cui denuntiari debeat, litem motam esse.
9 Debitor quo loco sit conueniendus.
10 Debitor non cogitur soluere in loco inhonesto.
11 Dies quando interpellet pro homine.
12 Locus loci an debeat in denuntiatione adijci.
13 Tempus ad soluẽdum quod dicatur congruum, & quod congruum. & num. 16.
14 Feriato tempore qui actus explicari possint.
15 Interpellare potest quandoque is, cui agere permittitur.
17 Interpellatio ad soluendum cui fieri debeat.
18 Debitor, si minor sit, an debeat in persona propria interpellari.
19 Minor annis vigintiquinque non potest interpellari sine curatoris auctoritate.
20 Pupillus an possit interpellari sine tutoris authoritate.
21 Adultus debitor ex causa hæreditaria potest interpellari & soluere sine curatoris authoritate.



Vnc videndum, iuxta serien ordinis præmissi de protestatione, quæ fit alicui, vt faciat id ad quod de iure erat obligatus. Superquo dicit Bartolus in. l. non solùm. §. morte. ff. de ope. noui nunc. † quòd erat obligatus facto alieno, tunc talis protestatio debet fieri cũ expressione causæ, & notificatione

tali,ꝙ reddatur certus oſtẽdẽdo,inſtrã & legendo vel copiã dimittẽdo,ſecũdũ ꝙ dicitur in cle. cauſam de elect.& in.l.nomen.C.quæres pigno. obli.poſt.Et eſt caſus ſecundum Bar.in.l.qui in alterius,& ibi notatur in glo.ff.de regu.iuris.Et adde ad Bar.quòd tex.cum glo.in dicta cle.cauſam vult quòd ſi copia petatur, debeat dari in forma authentica,vt patet ibi:Copia modò con ſimili coniuncta gloſſa in verbo,cõſimili. ¶ Et expræmiſsi patet qualiter debeat intelligi illa clauſula generalis ibi in fine poſita, dum dicit ꝙ idem in quacunque alia intimatione,quia ſenſit Bart.quòd debeat intelligi de Intimatione incitatoria,vt aliquid fiat,ad quod eſt obligatus facto alieno.Adde ad Bar.quòd non ſufficeret ita ſimpliciter oſtendere iuſtam extra iudicium, quia multa poſſunt opponi,que tunc extra iudicium non poſſunt examinari, vt dixi in ti.præcedenti.§.fi.¶ Item addo quod etiam oſtenſo inſtrumento in publicam formam,& dimiſſa copia vt.s̃.hoc nõ ſufficeret, ſi allegaretur aliquid contra inſtãtiam,vt dixi in dicto.§.fi.¶ Siverò dicit Bar.talis notifica.non fieret vt.s̃.certè proteſtatio ſimpliciter facta non valeret.niſi probaretur ſcientia,vt no.in dicta.l.qui in alterius.Et in tollitur.Bartol.l.ſi ex legati cauſa.ff. de verborum obligationi. ¶ † Addo quòd iſta ſciẽtia in hęrede,qui eſt obligatus facto alieno,poterit

probam de facili quãtùm ad legata,& alia contenta in testamento,quia post aditam hęreditatem pręsumitur hęres scire vires testaméti glo. singulas in.l.cùm hæres.ff. deliberatione leg. & hoc in extraneo hærede secus suo,per.l.eius qui in fine.& ibi Bar. Ange.& doctores.ff.si cer.pe. & idem Barto.in dicta.l.cùm hæres & in.l.qui Romę.§.duo fratres & ibi dixi.ff.de verborum obligationibus, Attende tamen quia si sunt hæres fatentur se hæredem ex testamento, vel probaretur aliquid fecisse tanquam hæres testamẽtarius,tunc præsumitur sciuisse vires testaméti sunt extrameus,secundum Bart.in dicto.§.duo fratres in tertia quęst.princ.quod est bene méti tenẽdũ.Ideo esto cautus in practica. ¶ †Si verò
3 sit protestatio,vt quis faciat ea,ad quæ est obligatus facto suo,tunc dicit Bar.in dicto.§.morte quòd si obligatio debeat committe ex euentu alicuius cõditionis,vel alterius facti extrinseci, debet fieri protestatio cum expresione & notificatione illius facti,scilicet quòd ille,cui fit protestatio,reddatur certus Verbi gratia,venditori promisit lite mota suscipere in se iudicium nũc mouetur lis emptor denuntiat venditori quòd lis est mota,vnde veniat ad suscipiendũ iudiciũ, certè debet secundum Bar.ipsi venditori ostendere libellum,& citationem,per dictas leges; & maxime per dictã.l.qui ĩ alterius,ista sunt verba

formalia Bartoli. Et Adde quòd Imola in dicto. §. morte. interpretatur ex his verbis Bar. velle quòd non sufficiat si emptor denuntiet venditori litem motam, sed debet denuntiare quòd veniat ad suscipiendum iudicium in se. ¶ Sed domini, vt videtis, Bart. hoc non vult, quia loquitur in casu, quo venditor expresè promisit in se suscipere iudiciũ: Non autẽ dicit quòd ad hoc teneatur ex natura edicti de euictione. Reperio tamẽ quòd id, quod dicit Imola, vult ipse Bart. in. l. emptor. C. de euict. vbi per hoc dicit quòd etiam si venditor, vel alius, qui tenetur de euictione, sciret litem motam, non tamen debe retur euictio, nisi fuisset requisitus, vt. s. ¶ Sed attende, quia glo. in dicta. l. emptor, vult quòd sufficiat simpliciter denuntiare litem motam. Idem tecum Dyn. vt reffert Imola in. §. morte. vbi etiam idem Imola hoc tenet per. l. si cũ quęs. C. de euict. & est etiã de mente Cumani in. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de ope. non nunti. & in. l. venditores. ff. de verbo. oblig. & vtrobique dixi. Et mouetur Cumanus per. l. si dictum. §. pen. & fi. ff. de euic. ¶ Quia domini, credo opinionem Bar. veriorem, & tutiorem: per qua primò do tibi glossam iuris canonici in cle. causam de ele. & ibi etiam tex. probat, si iungas principiũ cum fine. ¶ Secundo dico quòd de hoc habes casum expressum de iure Canonico in. c. si. extra de

emp.& vendi. Do.etiã tibi casum de iure ciuili in.l.si plus ·§· mota.ff.de euict.& ꝓbatur in.l.in executione·§·in solidũ & ibi dixi.ff.de verb·obl. ¶ Ad.l.si cũquęro.Respõdeo ꝙdebet intelligi secũdũ iura prædicta,per quę suppletur.¶ Ad
4 dicti·§· pe.& fi.pręal.respõdeo †ꝙ euictio,quæ debeť ex edicto,nõ cõmittitur nisi fiat qđ dicit Bar.Sed euictioquę debetur ex stipue vnde cõmittitur, licet non fuerit requisitus qđ veniat ad defendendũ.Et ita loquitur dutus·§·pen.&fi. & latius declaraui in dict·§·si quis ipsi vbi posui rationẽ vel aliter potes adicere vt ibi dixi. ¶ Et sic probabiť potes cõcordare opiniones. ¶ Ad de etiã ꝙ dicit Bar.in.l.empt.C.de euict.ꝙ non sufficeretur præmissa ad hoc vt commitattur euictio, sed requiritur quòd conuentus faciat fidem de libello contra eum porrecto in publicam formã,& dimissa copia illi, qui tenetur de euictione.Circa quod etiam adde quæ .s̃. dixi. ¶ Prosequor vlterius in dictis Bartoli Si verò dicit Bar.in dicto·§·morte.esset tale factũ,quod nõ posset de facili redijci ad notitiã eius, cui fit
5 ꝓtestatio,verbi gratia,†tu teneris mihi ad cẽtũ post mortẽ Titij,certè mortẽ Titij possum tibi facere notã per instrumẽtũ,vnde faciã tibi dici per tales personas,quibus credere debebis:alias talis nũtiatio nõ cõstitueret te in mora,quia tũc mora contrahitur cũquis scit vel scire debet,

&c.l.qđ te.§.si certū pet.& ibi tex.hoc innuit si ei probaliter nō credit, nō est ei imputādū, donec certioret,per dictas leges.Et facit opti mè ad hoc secūdū bar.l.si quis inficiatus.ff.de posi.¶Si vero quis esset obligatus suo facto merè,& purè,tūc sufficit sola protestatio, vt vt factū impleat,seu det,alias cōstituet in mo ra,dict.l.ꝙ te.&.l.morat.de vsuris.&.l.si ex le gati causa de verb.obli.dūtamē secūdū Bart. fiat cōgruo loco.& tēpore.vt.l.si soluturus.ff. de solutio.&.l.mora.ff.de vsuris.¶Hinc sum
6 pta occasione Bar.in sępe.alle.§.morte.† examinat quę sint ṽba cōgrua,& tēpus cōgruū, ac locus cōgruus ad interpellationē: & breui ter dicit ꝙ verba cōgrua sunt,quę cōtinent in citatione ad ipsum factū,puta emptor,cui est mota lis,denūtiat vēditori qualiter est sibi mo ta lis per talē,vnde veniat ad defendēdū.l.C. de peri.& cō.rei vendi.l.si rem.§.fi.ff.de euict. Nō enī sufficeret si denūtiaret simpliciter litē motam,secūdū Bar.vt in iuribus.s.alle. quia tūc nō esset ꝓtestatio incitatoria, sed potius certificatoria.¶Et exprędictis patet,secūdū bar.ꝙ vana est dubitatio gl.& aliorū, q dubi-
7 tant†an venditori sciēti litē motā debeat de- nuntiari,quia clarū est qđ sic, ¶Non enim exigitur sola notificatio, & certioratio, sed etiā requiritur denūtiatio pręmissa, vt etiam. suprà late dixi.Et addo hic ad bar.quòd si res

de vsuris.l.si ex legati causa.de verbo . oblig.
¶ Sed quęrit bar.quid si nõ incitaret expres-
se,sed tacite sic dicendo,Egò indigeo illa pe-
cunia:& similia verba.Cy.tangit in.l.in mi-
norũ.C.in quibus cau.In integ.res.nõ est ne-
ces.& idẽ Bart.in.l.etiã.ff.de le.primo.ad quã
l.se remittit.Ego verò hoc tetigi ĩ.l.si quis mi-
hi bona.§.pater.ff.de acqui.hęre.vbi etiam a-
liam consimilem quęstionem tetigi.vide ibi.
¶ Quęrit vlteriùs Bart.quis erit locus con-
gruus ad interpellandum.Et dicit quòd glos.
in.l.mora.circa princip.ff.de vsuris .dicit qđ
locus cõgruus est,vbi debitor potest conue-
niri.Ipse autẽ dicit,quòd aut ego creditor ꝓ-
testor tibi debitori existenti in loco, vbi non
potes conueniri,vt soluas ibi:& nõ valet.,.vt
in dicta glo . Aut protestor vt soluas alibi in
loco congruo:& valet,vt.l.si.ff.de offi.pręfe-
cti vrb.Aut protestor simpliciter dicẽdo, sol
uas:& nõ valet,quia videor protestari vt sol
uas in loco vbi fit protestatio, argu.l. si cùm
dies.§.si arbiter.ff.de arbi.Et ita secundum eũ
debet intelligi qđ no.per Cyn.circa locum in
dicta.l.in minorum.in.iiij.q.Et reperio quòd
tandem hoc etiam sequitur Imola in dicto.§.
mortè.licet arguat in contrariũ, & respondet
10 dic vt ibi per eum. ¶ †Sed quærit Bartol.vbi
suprà quid si interpellatio fiat in loco in hone
sto?Respondeo,dicit ipse,si fieret vt ibi sol-

uatur non valet, vt dicto § si arbiter & esset di stinguẽdum vt. s. proximè dictũ est. ¶ Quęrit vlterius, an sit necessè. quòd talis appellatio, seu protestatio fiat coram iudice? Et dicit ꝙ nõ: quia sius in iudicio, siue extra, tenet. Alleg. gl. in. l. qui Romæ. § cohęredes. in ver. testato. & ibi dixi. ff. de verb. obli. & l. fideiussor. obligari § fi. super verbo, reus. ff. de fidemisso. & l. amplius § j. ff. rem ra. hab. in gl. magna. ¶ Addo ad Bar. hoc verũ in eo, quod debetur iure actionis: Cęterùm, In eo, quod per officium iudicis debetur, exigitur interpellatio iudicialis. Casus est singularis in. l. cùm po stulassem. in princi. ff. de dam, infecto. ¶ Addo etiã quòd vbi imponit̃ à lege, vel statuto, propter aliquod nõ factũ, tunc nunꝙ cõmittit pœna, nisi pręcedat mouitio iudicis, secus si affirmatiuè propter aliquod factum imponatur. pœna. Ita sing. Innoc. in. c. extirpandę. de pœnis. Mouet̃ per. l. si ex legati causa. ff. de
11 verb. obli. ¶ † Ex hoc infero ꝙ sicuti. illa lex. per quã mouetur, limitat̃ procedere solùm in debito puro, vt ibi dicit gl. quia si esset in diẽ, tũc dies interpellaret pro homine, nec exigẽtur hominis interpellatio. l. magnam. C. de cõtrah. & cõmitti. stipul. ita etiam videt̃ esse limitandum, iudicio meo, dictum innoc. quòd tene menti. ¶ Quęrit vlterius Bart. in dicto.
12 § morte. † an si fiat denũtiatio in vno loco, vt

soluas in alio, debeat adijci locus loci, puta dicat ipse, si existens Floretię. protestor vt mihi soluas Perusij. An debeam dicere in tali loco Respondet Bar. ꝙ si actor ibi domicilium non habet, debet exprimere locum loci, & cõparere In termino, argu. l. item illa. ff. de constit. pecu. cum ibi notatis. Et l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbitr. debet tamẽ fieri protestatio certa, & clara, vt. l. aut qui aliter. §. j. ff. qđ vi Aut clam. ¶ Nunc videamus de tempore cõgruo ad hanc interpellationẽ. Et dicit Bar. ꝙ Cyn. videt̃ innuere post Pet. in dicta. l. in
13 minorũ. † ꝙ tempus feriatũ non sit tempus cõgruum. quod probat̃ secundum Bar. quia sicùt locus, in quo non potest conueniri, non est cõgruus, vt. s̃. dictum est, sic nec tempus incongruũ. sed qđ sit, facit, quia solutio cùm non sit actus iudiciarius potest fieri quolibet tempore. l. dies festo. C. de ferijs. Ipse Bar. tandem distinguit, quòd aut ille actus, ad quem quis incitat̃ per talem protestationem, est explicandus in iudicio: & tunc dies feriata non est tempus congruũ: nisi dicemus quòd protestatio fieret die feriata, vt fieret ꝙ faciendũ est die nõ feriata, vt suprà dictum est de loco. De quo dic vt dixi plene in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. ¶ Si vero talis actus venerit explicandus extra iudicium, tunc dicit Bart.
14 † ꝙ quidam sunt actus, qui tẽpore feriato nõ

possunt explicari secundum bonos mores, vt quod faber operet diebus festiuis, & tunc idem quòd suprà. Si verò honestè potest fieri die feriata, vt soluem pecuniam, & similia: tunc talis protestatio valet, argumēto. ff. de adulte. l. miles. § quinquaginta. & in dicto. § nuntiatio. & l. fi. C. de appell. ¶ Ex quibus verbis Bart. colligo, quòd solutio honestè potest fieri die feriata. Subijcit Bar. vlterius, quòd est tēpus incongruū, quando quis protestat ante, quod veniat dies solutionis. l. cùm filius. § fin. ff. de
15 verb. obli. ¶ Attende tamē, quia dico † quòd quādoque ille, qui nō potest agere potest tamē interpellare, & cōstituere in mora l. si quis solutionis. ff. de vsuris. & dixi in. l. si pupillus. ff. de verb. ob. Esset tamen tempus incongruū, secundū Bar. si interpellaretur quis, quādo ducit vxorem, vel quando mortuum sequitur, vel cùm missam audit. de quibus se reffert ad. l. ij. ff. de in ius vocan. ¶ Et ego addo, quòd nedū prohibetur citari ille, qui funus agit, seu mortuum sequitur, vel associat, sed etiam generaliter dico quòd parentes, liberi, cōiuges, agnati, vel cognati, aut alij affines ipsius defuncti, aut eius fideiussores, non possunt citari, aut quoquomodo inquietari, aut aliqua admonitio eis fieri, siue ex debito, quod ex defuncto prouenit, siue aliter qualitercūque intra tempus nouem dierum post mortem, quo

tempore vident lugere. iste est tex. singularis in § in ciuibus. In authē. vt cùm de appellat. cogno subijcit etiam ille tex. quòd nec aliqua cautio, vel fideiussio, intra dictūtempus potest ab eis exigi: & si secus fiat, omnia pręmissa anullat. Et no. quia est text. fundatus super magna pietate, qua pietate nulla vis maior est secundum senecam in Horeste. ideo Tullius li. ij. Rhetoricorū artis veteris iquit, pietas est per quā sanguine cōiunctis, primęq; beneuolis officiū, & diligens tribuitur cultus. ¶ Pro
16 sequor Bar. & dicit † quòd etiam est tempus incongruū, quādo fieret interpellatio ista repente quòd videretur ire quasi cum sacco paratus. l. quod dicimus. ff. de solutio. idem de similibus temporibus, in quibus actus ille nō posset celebrari secūdū bonos mores, vt quādo aliquis comedit, vel domit. Nam secundū bonos mores ciuitatis nostrę quis non debet assercere ad faciendum tales actus, secūdum Bar. ¶ Intellige tamen pręmissa secūdū eundem Bar. quòd si fieret interpellatio tempore incongruo, & cōferretur in tēpus congruum
17 bene valeret. ¶ Quęrit vlterius Bar. † cui debet talis protestatio fieri? Respōdet quòd ipsi principali, si potest haberi, vel si non pòtest haberi, dic vt in. l. si dictum. § fin. ff. de euict. Potest enim fieri eius procuratori cura, vt ibi, quòd intelligitur Bar. in procurato. ge ne

rali, per. l. apud celsum. §. quęsitum. ff. de doli excep. ¶ Sed ego quęro vltra Bart. pone qđ ipse debitor sic minor quoquomodo fiet ista interpellatio, seu protestatio. Dic breuiter † ꝙ
18 si est pupillus, debet fieri cũ tutoris authoritate, alias nõ valeret, casus est in. l. si ex stipulatu. ff. de ver. obli. & pręstat argumentũ secũdũ Bal. ibi quòd nec possit citari sine tutore, Et sequitur ibi Imola, & si nõ habet tutorem, potest solus pupillus interpellari, sed non cõstituitur in mora, nisi citentur consanguinei pupilli vel amici, vel alij, qui verisimiliter essent desensuris saltẽ per proclama generali. l. hoc aũt. §. j. ff. qui ex cau. In posse. eat. Sed ego dico ꝙ istud dictũ Imola est periculosissimũ quia Bar. ibi restringit illũ tex. ad eius termines, videlicet vt ꝓcedat qñ citaẽ, respiciũ missionis in possessionẽ ex primo decreto, aliàs secũdũ Bar. ibi, sufficeret citare tutorem, vel pupillum authoritate tutoris, si tutorẽ habet Sed vt patet ex pręmissis, Imola illum tex. intelligit generaliter in quocunque casu, quando pupillus nõ habet tutorem, vt tunc debeant citari amici vel consanguinei, de quibus ibi. quòd nota, tamen tùtius credo esse, ꝙ creditor petat sibi prouideri de tutore: quia quòd
19 dicat Imo. non reperio lege cautũ. † Sed quid si est minor. xxv. annis huius curatorem: dic quòd etiam non potest i̇terpellari sine curis

auctoritate. Et ita firmauit glo. quam sequuntur. doctores in dicta. l. si ex stipulatu. ¶ Sed si non habet curatorem, dic secundũ Iac. Bar. et doctores in dicta. l. si ex stipulatu. quòd in his, quę possunt explicari per eum sine curatore, vt q̃n est debitor alicuius rei, quę seruando seruari non potest. l. lex quę Tutores. in fine. C. de administra. tu. tunc potest interpellari solus, & soluere in alijs: secus quę seruando seruari possunt. l. is cui. § cessatum. ff. vt in pos. leg. Et sic si est debitor pecunię, quia illa communerat̃, vt notat̃ in. l. j. § fuit quęsitum, ff. ad Trebell. poterit tunc solus interpellari, & soluere. Item, & cõstituere procuratorem, vt notatur in. l. ij. ff. qui petant tu. Et ita dicit Bar. in dicta. l. sed si ex stipulatu. ¶ Ex quo infero ꝙ illa sollẽnitas personarum quę requirit̃ à iure vel statuto in aliquo actu, requirit̃ etiã ĩ interpellatione, seu protesta. Et idẽ sentiũt Bar. & Cumanus in. l. qui rome. § cohęredes, & ibi dixi. ff. de verb. obliga. quod est bene menti tenendum ad multa. ¶ Et ex premissis infert Cumanus in dicta. l. si ex stipulatu, quòd hodie nõ procederet ille tex. inquãtum vult sufficere interpellationem pupilli cum tutoris auctorite, pro homine debito, quia cùm homo sit res, quę seruando seruari potest. nõ potest alienari sine decreto iudicis, & consequẽter non poterit interpellari sine decreto, attẽ

ta doctrina Bar. quòd est cõtra. l. magis puto §. si pupillus stipulanti. ff. de reb. eorũ. Sed ego pro cõcordia ita distinguere, quia aut loqui-
20 mur in pupillo, aut in adulto, † in pupillo indistinctè quòd dicit in. l. si ex stipulatu. per illum tex, scilicet q nõ poterit interpellari sine tutoris auctorita. Idẽ dico ĩ adulto habẽte curatorem, scilicet vt etiã sentiũt Bar. & docto. in dicta. l. si ex stipulatu. dũ solùm distingunt in eo, qui nõ habet curatorẽ. Ergo ille, qui habet, indistinctò debet cum eius auctoritate interpellari. Si verò loquimur in adulto, nõ habente curatorẽ, tunc si est debitor rei, quę seruando non potest seruari, puta pecunię, vt. s̃. dixi, potest pro se soluere et interpellari, vt prędixi. Si verò est debitor rei, quę potest seruari, tunc attende, quia secũdũ Bar. & docto. vbi. s̃. nõ potest per se soluere, nec interpella-
21 ri. ¶ † Sed ego dico, quòd si est debitor ex causa hęreditaria, potest soluere, & interpellari, sine decreto iudicis. Casus est in dicto. §. si pupillus. in secundo responso. dico tamen quòd licet non exigatur decretum, exigitur tamen alicuius administratoris auctoritas, Et ita potest intelligi quòd dicit Bart. vbi suprà. Ideo cautus sit creditor, vt petat sibi prouideri de administratore. ¶ Si verò est debitor ex proprio contractu inuito sollemniter cum decreto, adhuc idem credo quòd exigat autoritas

administratoris, licet non decretũ iudicis. Et ita etiam potest intelligi Bar. vbi. s. Sed si cõtraxisset sine decreto iudicis, contractus esset nullus, & consequẽter frustratorie quereret de interpellatione, vel solutione: quia absq; dubio tunc sine decreto non poterit soluem, nec interpellari. dicto. §. si pupillus. j. respõso.

¶ Finaliter vnũ non omitto, quod per secunda interpellationem extinguitur prima. Ita Bart. in. l. Aemilius largius. ff. de minori. Sed Imolã. l. cum procurat. §. j. ff. de operis no. nunc. tenet contrarium de quo dic vt ibi dixi.

SVMMARIVM

1 Protestatio vt quis faciat id quod facere non tenetur, quando valeat.

2 Oblatio creditori facta per debitorem quid operetur. & nu. me. sequen

4 Oblatio verbis an aliquid operetur.

5 Oblatio simplex operitur vt pœna euitetur.

6 Pecunia qualiter offerri debeat.

7 Fideiussor non verbaliter solùm, sed realiter offerendus est.

8 Protestatio quando in iudicio fieri debeat.

9 Protestatio quo casu nullum sortiatur effectum.

10 Mater non petens tutorem filijs intra annum an perdat hæreditem.



Empestiuum est vt videamus de ꝓtestatione, vt quis faciat id, ad qđ nõ est obligatus. quo casu dicit Bar. in sępe allegato §. morte
1 † quod quãdoq; ille, cui fit talis protestatio nõ, est obligatus, sed aliũ tenet obligatũ, vt quando debitor protestatur creditori vt recipiat suum debitum, & hoc potest fieri, & habet effectum, vt constituatur creditor in mora, & purgetur mora debitoris precedẽs, vt. l. ratio §. cũ per vẽditorẽ de acto. empt. & de periculi & cõmo. rei vend. l. illud. & l. si seruus §. sequitẽ & §. de illo. ff.
2 de ver. obl. ¶ Et Addo ad Bar. † q; istã protestatio alleuiat debitorẽ offerẽtẽ creditori, vt teneatur in aliquo minus, quã priùs ex natura cõtractus teneret, quia vbi ex natura cõtractus tenentur de leui culpa, facta obligatione tenetur tantum de dolo: vt. l. si mora cũ vbi nota. ff. sol. ma. Et etiã de lata culpa. vt ibi dicit gl. ¶ Si verò tenebatur de leuissima, tũc post oblationẽ tenebit tãtũ de leui. Si verò tenebatur de casu fortuito, nõ ex natura cõtractus sed ꝓpter morã præcedentẽ, tũc facta obl. nõ tenetur nisi ad id, ad qđ tenebat ante morã ex natura cõiunctus, vt dictũ est. Et ita tenet gl. in dic. l. si mora. dũ intelligit q; mora mariti ꝓcesserat. Et sequũtur Bar. & doc.

¶ Nunc prosequor vlterius in dictis Bar.& subijcit Bar.
3 † ꝙ oblatio præmissa habet etiã quãdoque aliũ effectũ, de quo in.l.j.§.j.ff.de pericu.& cõmo.rei vẽdi.Et subijcit ꝙ in hac protestatione nõ requiritur ꝙ creditor certus reddatur per ostẽsionẽ instrumẽti, quia ipse per se debet instruere de hoc, vt dic.l.qui ĩ alterius.ff.de reg.iur.Requitur tamẽ rei obla.in rebus quę offerri possunt. Allegat.l.prętor.§. si quis peratus.ff.de ope.no.nu.& vlt.nõ dicit. Tu dic secũdum aliquos ꝙ in speciebus non cadit consignatio,& depositio, vt colligit Bal.ex quadã gl.in.l. si mora.ff.sol.mat.Idẽ videt̃ notari per gl.in.l.acceptaui.C.de vsufru.Angel.verò dicit in dict.l.si mora quod in pecunia cadit oblatio.& consulnã in sacculo, ac etiã depositio: In equo verò nõ cadit cõsign.in sacculo, sed obla.& deposit.sic. ¶ Sed Bar. in dicta.l.si mora videtur intellexisse gl.ibi velle, ꝙ in animalibus nõ cadat nisi sola.oblatio. Et rectè scd'm Imo.ibi, si põderabis illã gl.& est
4 etiam de mẽte gl.j.in dic.l.acceptã.Sed ꝓ breui doctrina ego cõcludo sic faciẽdo regulã † ꝙ verbalis obla.nihil operatur.l. Prętor.§.si quispara tus preal.& ibi Bar.Fallit.j.ĩ re immobili.l.ij.C.qñ & quibus.quia tã pars.li.x. ¶ Itẽ fallit.ij.qñ fit ad impediẽdũ vẽditionem pignoris, quia tũc obla.facit ꝙ rescinditur vẽditio officio iudicis Casus est singularis secũdũ doc.in.l.fundus qui.

ff.de rescin.vēdi.secūdū vnū intellectū, imicto eo ꝙ no.in.l.si residuū.C.dedistract.pign.¶ Itē fallit.Sol.qñ oblat.verbalis fit in iudicio,de quo dic vt in.l.si rem.§.fi.s̄.de pign.actione.¶ Addo
5 aliā quartā fallētiā,†quia ad euitādū pœnā suffi cit simplex obla.l.Cellus.in fi.ff.de arbi.& est gl. & ibi Sallic.in.l.acceptā.C.de vsuris plus dic.ꝙ ad euitādū pœnā.lex facit cōpēsationē ipso iure de alia ꝗtitate debita.gl.est notabilis in.l.sit cō-stat.C.de cōpēsa ꝗ reputo valde notabilē ꝑ em phiteotis nō soluētibus canonē,si dñis erat debi tor tāte quātitatis.¶ Addo etiā coniūctā fallē tiā,quia impedit, etiā cursum vsurariū simplex obla.¶ Itē addo & sextā,quia facit periculū interitus transire in creditorem. Et de his duabus habetur per gl.in dicta.l.acceptam.¶ Item fal-lit etiam septimò in animalibus in , quibus suf-ficit oblatio secūdum gl.& Bar.in dic.l.si mora. ¶ Addo gl.singularem in.§.fi.in authē.vt exact.
6 Iustam dotis.quæ sentit , †quòd quādo realiter offertur pecunia , sufficit offerre in sacculo . Et ibi videtur sequi Bar. in dic.l. si mora ꝙ verum est secundū eum , si prius fuit numerata coram testibus,& deinde in sacculo posita : alias secus, quia posset esse quòd non est tanta quanta est debita.Et ita etiam reperio dixisse Bar.elegātur in.l.cū seruus de cōtraditio & demōst.Sis ergo. cautus in practica vt quādo offers pecuniā cum

burſa, vel ſacculo, facias numerari corã teſtibus alias non ſufficeret. ¶ Item attende, quia quãdo debitum non eſt liquidum, fortè ratione adminiſtrationis, tunc ſufficit quòd offeras te paratũ reddere rationẽ. Et ſi pars debiti eſt liquida, tũc tantùm partem illã realiter debes offerre. Et de reſiduo poteris offerre fideiuſſorem nõ verbo tenus, ſed realiter huiuſmodo ipſum tecũ per manum. Tex. eſt notandus in. l. ſeruus ſi hæredi. ad ſi. ff. de ſtatu. libe. ¶ Ex quo colligunt Ange.
7 & Imol. † quod in omni caſu, vbi quis tenetur prȩſtare fideiuſſorem, non ſufficit proteſtari, te paratum præſtare fideiuſſorem, niſi illum tunc haberes tecũ, & realiter offerres quod eſt bene notandum in practica. Et adde quȩ dixi in lege, interdum. §. Stichi promiſſor & in. l. qui Romæ in princi. ff. de verb. obli. vbi aliqua bona dixi in hac materia. ¶ Proſequor vlteriùs ad dict. Bar.
8 † quãdoq;, dicit ipſe, ille, cui fit talis proteſtatio, nec eſt obligatus, nec habet alium obligatum & tunc aut ad id poterat cõpelli officio iudicis: & debet illa proteſtatio fieri in iudicio aliàs nõ haberetur effectum. l. communi poſtulaſſem in princip. ff. de dam. infect. vbi eſt caſus ſingularis de hoc ſecundum Barto. Imola & doctores ibi. ¶ Aut nullo poterat compelli & modo tunc aut vult quis facere proteſtationem ad fin com modũ tantùm, & ad eius excuſationem, non ad

damnũ, vel incommodum eius, cui fit: & tunc poteſt fieri proteſtatio, & habet effectum. Alliter Bart.l.j.§. de inſpiciendo.ff.de vent. inſpici. &.l.ſi Titius ſtatuas.ff.de condi.& demonſtr.intelligendo quòd municipes fuerunt interpellati vt locum concederent.l.qui Romæ.§.cohæres. ff.de verbo.obli.l.ſi.C.de iur.emphy.ſicut dicit
9 ipſe † iſta interpellatio fit ad damnũ,ſeu in com modum eius,cui fit & tunc Aut ille,cui fit,ad illud nec præciſsè,nec cauſatiuè,tenebatur,& tũc talis proteſtatio nullius eſt effectus,vt.l.fideiuſſor creditori.ff.de fideiuſſo. ¶ Aut ille, cui fit, ſaltim cauſatiuè tenebatur, ſecundum non tenetur iure actionis,vel iudicis officio verbi gratia dicit ipſe,erat aliquid in,conditione,ſi non fecerit,patiatur damnũ, vel perdat lucrum, poteſtne,querit ipſe,fieri ꝓteſtatio ibi, vt illud faciat ſuper quo dicit aduertendũ,quia aliquando hoc pendet ex diſpoſitione contrahentium, & talis proteſtatio nihil releuaret, ſed debet ſpectari, donec deſinat poſſe dari,vel fieri, vt.l.ita ſtipulatus.ff.de verb.obl.de quo dic vt ibi. Aliquãdo hoc dependet ex diſpoſitione de teſtatoris, & tunc aut fit talis interpellatio, vt ille, cui fit, incurrat damnum,ſi proteſtationi non paruerit, & poteſt fieri:vt.l.ſi pœnam.ff.quando dies leg. cedat.Aut vt perdat lucam,& tunc aut illud lucrum eſt per modum legati vel fidecommiſsi,&

potestfieri,vt eo non parente protestationi perdat lucrum.l.hæc conditio, si in Capitolū .ff. de condicet demo . Aut illud lucrum est hæredis, & non potest fieri nisi iudicijs authoritate:vt.l. si quis instituatur.& ibi no.per gl.in verbo,tem pus.ff.de hæred.institu. aliquando pendet hoc
10 ex dispositione legis.Exēplum, †similiter nō pe teret tutorē filijs infra annum , perdit hæreditatē,certè de hoc potest sibi fieri ꝓtestatio , cui si non paruerit incidit in legem, secundum Bar. Allega.l.ij.ff.qui pet.tu. &.l.ij.§. si mater versi. quid ergo.ff.ad Tercul. quod menti tenendum secundum Bart.ad multa statuta , quia non est necesse vt spectetur quod desinat posse dari,vel fieri Sed attende , quia oppono contra Bartol. nonne habet mater annum ,adpetendū tutorem vt est casus in.l.sciant de legati. Ergo pendente dilatione legali non debet interpellari,nec consequentur incidere in pœnam , per ea , quæ.s̄. dicta sunt.¶ Sol.potest dici quòd illud tempus ex causa poterit abbreuiari, & per iudicem statui tempus , vt vult Bartol.in.l.matris . C. ad Tercul . ¶ Sed attende,quia Bartol.in dictō.§. morte.sentit,vt patet expremissis,quod etiam extra iudiciū poterit hoc fieri siue iudice vnde potest respondere,vt dicunt Richar.& Barto. in dicta.l.sciant.Et subijcit vlteriùs Bartol. vbi. s̄.quod in prædictis casibus non sufficeret sim-

plex protestatio, sed requiritur quod certificetur vel quod alias probetur scientia secundum ea, quę suprà dixi.

SVMMARIVM.

1 Protestans vt quis faciat quod non facere tenetur, incitator est, & vt mandator tenetur,



Ostremo videndum est, † quando fit alicui protestatio, seu nũtiatio, vt faciat id, ad quod non faciendum de iure tenet̃, hoc est vt delinquat Et isto casu talis incitator tenetur vt mandator, secundum Bar. in sepe allegato § morte. Allegat. l. j. § icidit. ff. ad Turpilia. deinde se remittit ad. l. non sollum § si mandatum. ff. de iniurijs. Et sic sum expeditus de isto aureo tractatu. ¶ Laus deo.

¶ Constantius Rogerius vtriusque iuris doctor.

FINIS.
Tractatus. De protestatione.

Alphabeticus
INDEX LOCORVM communium in tractatu de protestatione ostendens.

A

B

C

*

D



L








Excudebat.

Antonius à Rodano decimo
Aprilis. 1 5 4 9





Venundantur apud Fratres de Roxio Lugduni prope ſignum diui. Ioannis Bap. in vico mercuriali: & in eorum abſentiam apud. Claudium de Preaulx Bibliop. in hac parte eorum Commiſſum & deputatũ. & Taurini apud eoſdem.